

Werk

Titel: Herbarium Amboinense, plurimas complectens arbores, frutices, herbas, plantas ter

Jahr: 1741

Kollektion: Zoologica

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN369546628

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN369546628>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369546628>

LOG Id: LOG_0054

LOG Titel: Caput Trigesimum. Cassia Fistula. - XXX. Hooftstuk. De Trommelstok-Boom

LOG Typ: chapter

Übergeordnetes Werk

Werk Id: PPN369544501

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN369544501>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369544501>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

Pisciculæ capite in aqua conterunt, addito succo Lignum, si ad manus sit, sicut per linteum cibrant, quod verum exhibet condimentum ad pulatem Papeda dictam, quænam sit vera Papeda, supra in Capite de Sagu dictum est.

Lignum quoque adhibetur ad trabes ædium & ad tecta, quum sit leve ac satis durabile: Juniora folia itidem cum piscibus coquuntur odoris ac saporis gratia.

E X P L I C A T I O

Tabula Vigesima,

Exhibitum ramum arboris ALLIARIAE Rumphio dictæ.

- A. *Fructum geminum.*
- B. *Fructum solitarium.*
- C. *Nucleum* denotat.

CAPUT TRIGESIMUM.

Cassia Fistula.

IN subsequentibus hujus libri capitibus quædam describentur arbores, quæ tales gerunt fructus, qui æque ad usum Medicum quam culinarium adhibentur, quarumque plurima pars nobis Europæis etiam nota est, quas hic iterum enucleabimus, quum quædam adhuc essent addenda, quæ in Europæorum libris omissa nec perspecta erant.

Primo itaque nobis occurrit arbor *Cassia Fistula*, cuius in Oriente multæ inveniuntur species ac varietates, una nempe parvis angustisque foliis, altera majoribus, de qua ultima tantum agemus, quum in hisce Orientalibus insulis sit nota, nec in Europæorum libris, quantum novi, cum tota ejus forma plenarie descripta.

Arbor itaque est alta & ample extensa, forma Juglandis, sed ejus coma paulo amplior est, glabrum & ex cinereo pallidum gerens corticem. Folia rachi insident longa, erecta, in binos ordines opposita, forma Juglandis vel Fraxini, quamvis ab iis fatis differant, quinque septemve paribus ad unam rachim, at raro extremo in pari, vulgaris sunt formæ, inferius rotunda, superius parum acuminate, plerumque quinque pollices longa & ultra duos lata, multis tenuibus ac pluribus parallelis pertexta costis, ad tactum vix sese distinguenteribus, inferiora autem folia tres modo pollices sunt longa, *Lingoo* foliis similia, glabra, primo late viridia, dein nigricantia ac insipida. In plurimis Europæorum libris cum Persicæ foliis comparantur, sed nunquam ita angusta illa inveni, ne quidem in satis vetustis arboribus: Quodvis porro folium brevi ac crassiusculo insidet petiolo, quod caput æmulatur, rachesque in ramorum summo arte locatae sunt, quæ ad ortum suum crassum gerunt gniculum.

Flores in magnis & extensis proveniunt racemis, qui ingentes sunt & formam Violarum fere referunt, sed majores sunt, ac quisque viridi & longo insidet petiolo non conjuncti, sed vagi sunt, qui tamen pondere suo racemum deprimit, singulus autem ex quinque luteis constat petalis, quorum tria inferiora ad latera extensa dependent, bina superiora sunt gibba, introrsum inflexa, in centro autem varia viridia ac longa apparent stamina parum incurva cum antheris cinereis, quorum quatuor ultra florem extenduntur, horumque medium longius est, crassius, ac reliquis magis viret, instar falcis incurvum ac simplex est (*pistillum*) quod in fructum excrescit, ita ut ex uno flore unicus tantum fructus seu siliqua progerminet, non vero gemina vel terna, ut quidam falso putarunt, plurimi autem flores in fructus abeunt, ac rari frustra decidunt.

Hique fructus sunt longæ istæ siliquæ seu fistulæ, ubi vis notæ, binos circiter pedes longæ, quædam rec-

't vuur roostende, en dan met Gember, en een gebraaden vis-kop in waater vryvende, doende wat Lemoen-sop daar by, als zy bet hebben, en klenzen het zoo door een doek, 't welk dan de regte zaufe is om haer Papeda mede te eeten. Wat nu Papeda zy, is bier boven in 't Kapittel van Sagu gezegd.

Het bout wert ook gebruikt tot balken in de buizen, en aan 't dakwerk, om dat het ligt en niet te min durabel is. De jonge bladeren kookt men mede by vijschen, om dezelve een geur en snaak te geven.

U Y T L E G G I N G

Van de twintigste Plaat,

Vertoonende een Tak van de Lookboom van Rumphius genaamt.

- A. Verbeldt een dubbeld vrucht.
- B. Een enkelde.
- C. Deszelfs korrel.

XXX. H O O F T S T U K.

De Trommelfstok-Boom.

IN de volgende Kapittelen deszes boeks zullen beschreven werden eenige boomen, waar van men zadanige vruchten heeft, die zo wel tot Medicyn, als in de kost gebruikt wordende, ons Europeanen de meeste deel ook bekent zyn, doch die wy weder aanhalen, om dat 'er bier, en daar, eenige dingen by te doen wielen, die in de Europaansche boeken (mynes wetens) met zyne volle gedaante tot nog toe niet beschreven.

En voor eerst komt ons voor den boom van *Cassia Fistula*, dewelke in 't Oosten van veelderlei gedaante gevonden wert, te weten, de eene met kleine of smalle bladeren, en de andere met grooter, van welken laatsten wy maar alleen handelen zullen, als zynde in deze Oosterse Eilanden bekent, en in de Europaansche boeken (mynes wetens) met zyne volle gedaante tot nog toe niet beschreven.

Het is dan een booge, en wytuitgespreide boom, van gedaante als een Noote-boom, doch wel zo breed van kruin, met een effen en uit den grauwen-bleek schorff. De bladeren staan aan lange regte ryskens, in twee rygen over malkander, in gedaante van Noote- of Eijcke-bladeren, hoewelze daar nog al wat van verschillen, met 5. en 7. paren aan een rysken, en zelden met een alleen voor uit, zy zyn van gemeene gedaante, achter ront, en voor met een kort spitsken toelopende, door de bank 5. duimen lank, en ruim twee breet, met vele fyne, en meest parallele ribben doortogen, die men pas voelen kan, de achterste bladeren zyn maar 3. duimen lank, en de Lingoo bladeren gelyk, glat, blyde-groen, doch ten laatsten swartgroen, en onsmakelyk: Meest in alle de Europaansche boeken, werdenze vergeleken by de bladeren van een Persik-boom, maar ik hebze nooit zo sinal gevonden, ook niet aan redelyk oude boomen: Yder blad staat op een kort dikachtig steeltje, doch dat beter een knop gelykt, en de ryskens staan aan 't voorste der takken digt op malkander, bebbende by baren oorspronk een dik knietje.

Het bloeizel komt voort aan groote en uitgebreide troffen, daar aan ziet men groote bloemen, in de gedaante van vio- len, doch grooter, yder op een groen lank steeltje, niet gedrongen, maar ydel van malkander staande, doch die evenwel door baare swaarte den tros wat nederbuigen, zynde yder gemaakt van 5. gele blaatzjes, waar van de drie onderste uitwaarts gebogen hangen, de bovenste zyn bultig, en inwaarts gekromt, en daar binnien staan verscheide groenachtige, en lange draaden, ook een weinig gekromt met grauwe noppen, waar van 'er vier buiten de bloem uitsteeken, en van dezelve is de middelste nog langer, dikker, en groender, dan de andere, als eenzikkel gekromt, en zonder nop, waar uit de vrucht voortkomt, zo dat uit een bloem maar een vrucht, of bouwe groeit, en niet twee of meer, gelyk zonnige gemeent hebben, hoewel de meeste part van de bloemen tot vruchten werden, en weinige komen af te vallen.

En deze vruchten nu zyn de lange bauwen of pypen, over al wel bekent, omtrent twee voeten lank, zonnige regt

tæ, plurimæ vero parum incurvæ, ex oblongo-rotundæ, instar baculi, vix pollicem latæ, una autem parte per longitudinem futura notatae, ac si ibi conutæ forent, primum virent ac tam molles sunt, ut inflecti possint, maturæ vero indurescunt ac lignosæ sunt, externe quædam sunt intense fuscæ, quædam vero nigricant, glabræ, ac transversalibus tenuibus notatae circulis, qualia in intestinis apparent: Intus vero in cellulas divisa sunt, quæ ad medium circiter repletæ sunt molli ac nigra pulpa, in quavis autem officulum reconditum, uti & in Europa notæ sunt, saporem præbentes dulcem ac nauseosum. Hæcque pulpa est unica res, quæ ex hac expeditur arbore, unde & hi fructus seu filiquæ in Europam transferuntur ad usum Medicum: Florum odor est languidus, attamen jucundus, ac præsertim tempore matutino.

Hujus arboris lignum est solidum, flavum, grave, ac durum, in vetustioribus autem arboribus rufum, ac circa cor ex cinereo nigrum, ac tempore penitus nigricat instar Guajaci, quod tamen raro in hisce occurrit insulis.

Nomen. Latine *Cassia Fistula*, *Cassia Solutiva*, *Cathartica*, *Siliqua Ægyptia* & apud Pharmacopæos *Canna Fistula*. Belgice *Trommel-stokken*. Arabibus *Cassaat Falus* ac male *Gafat Falus*, quod ex *Cassia Fistula* corruptum videtur, ab Avicenna vocatur *Chajar Xambar*, vel proprie *Chyar Schambar*, quod longum denotat Cucumere, qui per spithamas metitur. Prima ejus mentio occurrit apud Græcum Medicum *Actuarium*, qui hanc *Cassiam* vocat *Melanam*. In Ægypto & Persia hodie etiam vocatur *Hiar Xambar*, sed *X* debet legi ut *Seb*. Vocabula Indica in Guleratta lingua sunt *Gramala*, ac porro in ora Malabarica usque ad promontorium Comoryn *Condoca*, *Hafangua*, *Bava Simguia*. In Canara *Bahoo* &c. In Lingua Malaicensi & Macassarensi quidam illam vocant *Caju Radja*, quidam vero, sed plurimum Baleyeneses, *Caju Dulang*. Amboinice in Hative vocatur *Uttamanu*, in Hitoë *Pappe pauña*, quod aliquid denotat, quo dorsum alicujus feritur. Javanis dicitur *Bongoe alas* & *Tangkuli* seu Silvestre quid; Nominâ autem Arabica & Persica desumpta sunt a figura oblonga *Chyar* seu *Cucumis*; sed vox *Cassia* desumpta est a figura fistularum: Uti cortex *Cassiae* aromaticæ, sive *Canellæ* de sua detractus arbore, quod venit ab Hebreo *Ketzia* idem significante, & illud a *Kazar* abradere, deglubere, quia *Canellæ* cortex de sua deglubitur arbore.

In Horti Malabarici Figura 22 vocatur Malabarice *Conna*, Bracmanis *Bajo*, cuius descriptio cum nostra plurimum convenit, licet figura parum differat, *Piso* libr. 4. cap. 22. lingua Brasiliana eam vocat *Tapiraco-Aynana*, sed ipsi minora tribuit folia ac flores incarnatos, in Mexico vocatur *Guaubay Ohuatli*. In Zeylana *Æbala*.

Locus. Quum fistulæ hæ veteribus fuerint ignotæ, hinc puto, nullibi frequenter reperiri, nisi in Æthiopiæ regionibus & circa oras maritimæ, quas *Trogloditæ* inhabitant, quos Arabes communis nomine *Zangi* seu *Zingi* vocant, cuius vestigium reperitur in supra memorato nomine Indico *Bava Sanguia*. quod forte denotat arborem ex *Sangi* seu *Æthiopia*, unde sine dubio in Ægyptum aliasque regiones translatae fuere hæ arbores, licet hodie, in Cambaja regione aliisque veteris Indiae provinciis frequenter occurrant, sponte quoque in Javæ & Baleyæ silvis crescent, sed raro in Macassara. In hisce insulis Orientalibus hinc inde modo una alterave arbor ex adductis seminibus progerminavit. Durum argillosumque amant solum, unde & lætius crescent in Hitoës regione, quam in fabulosa Leytimora. In Banda quædam etiam hujus reperiuntur arbores, sed frequentiores sunt in *Mackian* & in *Moluccis*. Hispani hodierni in insulis Occidentalibus, præsertim in *Dominica* & *St. Juan de Portorico* fructus hos habent ita copiosos ac elegantes, ut ex *Monardi* libr. *simpl. medicam.* cap. 44. sententia hi Orientalibus non sint minores, sed e contra præferantur, unde & plurimum inde in Europam transferuntur, quum inde binorum mensium spatio transvehi possint, quum Orientales ad minimum per sex menses distant, atque inter hos optimi censentur, qui ex Cambaja adferuntur, quos Portugalli in suam etiam deducunt Patriam, Belgæ enim nullas ex Orientali-

regt, maar de meeste wat gekromt, lankwerpig ront, als een stok, of saucys, schaars een duim breed, en aan de eene zyde langs beenen met een naat, als ofze daar t'zamen genaait waren, eerst zynze gras-groen, en zo week dat menze buigen kan, maar ryp geworden zynde, bart en boutachtig, van buiten zomme boog-bruin, zomme swartachtig, effen, en over dwers, met dunne cirkeltjes geteekent, gelyk men aan de darmen ziet: Voorts zynze van binnen in kamerijes verdeelt, en dezelve schaars tot de helft toe net een swart, en week merg gevult, en een korrel daar binnen, gelykze genoegzaam in Europa bekent zyn, ook van den zelfden walghelyken, en zoeten smaak. Zynde dit merg het eenigste, 't gene men van dezen boom zoekt, en waarom men ook die vruchten of bauwen tot in Europa vervoert, om in de Medicynen te gebruiken: De reuk van de bloemen is slap, doch lieftlyk, en besonder in de morgenstonden.

Het bout van den boom is digt, bleek-geel, swaar, en bart, aan de oude boomen ros, en omtrent het hert swart-graauw, en metter tyd geheel swart, als *Pok-bout*, het welk men echter in deze Eilandens zelden ziet.

Naam. In 't Latyn *Cassia Fistula*, *Cassia Solutiva*, *Cathartica*, *Siliqua Ægyptia*, en by de Apotheekers *Canna Fistula*, in 't Duits *Trommelflokken*, in 't Arabies *Cassaat Falus*, en qualyk *Gafat Falus*, bet geen uit *Cassia Fistula* bedurven schynt, by Avicenna bietze *Chajar Xambar*, of eigentlyker *Chyar Schabar*, bet welk beduidt een large Komcommer, die men met spannen meet. De eerste mentie daar van vint men by den Grieken Artz *Actuarium*, dieze noemt *Cassiam Melænam*. In Ægypten en Persien bietze nog *Hiar Xambar*, dog de *X* moet gelezen werden als sch. De Indische namen zyn, in Gulerate *Gramala*, en voorts op de kuſt Mallabaar tot de Kaap Comoryn toe *Condaca*, *Hafangua*, *Bava Simguia*. In Canara *Bahoo* &c. In 't Maleys en Macassars noen-nien hem zomme *Caju Radja*, zomme, doch meest op Baly, *Caju Dulang*. *Amboins*, op Hative *Uttamanu*, op *Hitoë*, *Pappe Pauna*, dat is iets daar men de rugge mede klopt. Op *Javaans* *Bongoc* alas, en *Tangkuli*, dat is iets wilts: Maar de Arabische en Persische benamingen zyn genomen van de lankwerpige gedaante *Chyar*, dat is een Komcommer, doch het woort *Cassia* is genomen van het formaat der pypen. Gelyk de bast van de *Cassia Aromaticæ*, of de *Canella* van zyn boom afgeschilt, ontleent is van het Hebreuwsche *Ketzia* het zelve betekende, en dit wederom van *Kazar* afschrappen, afbaalen, om dat de bast van de *Canella* van de boom afgeschilt wert.

In de Hortus Malabaar, Figuur 22. biet by op Malabaar *Conna*, in 't Braminees *Bajo*, welke beschryving met de onse meest overeenkomt, hoewel de figuur wat verschilt: *Piso*, Lib. 4. Cap. 22. noemtze, op 't Brasiliaans, *Tapiraco-aynana*, doch geeft haer kleindere bladeren, en incarnate bloempjes, in Mexico wert by genaamt *Gauhay Ohuatli*, op Ceylon *Æhæla*.

Plaats. Om dat deze pypen by de oude niet zyn bekend geweest, zo ordeel ik, datze nieuwers veel gevonden wierden, dan in de landen van Æthiopia, en omtrent de Zee-kant, daer de *Trogloditæ* woonden, dewelke de Arabiers met een gemeene naam *Zangi* of *Zingi* noemen, waer van men de voetstappen vint in de boven genoemde Indische namen, *Bava Sanguia*, 't welk misschien zeggen wil, een boom uit *Sangi*, of *Moorenland*, van waarde buiten twyffel in Ægypten, en andere Landen overgebragt zyn, hoewelze bedensdaags in 't Land van Cambaja, en andere Provincien van out-Indië overvloedig wassen, van zels vint menze ook in de Bosschen van Java, en Baly, doch weiniger op Macassar. In deze Oosterſche Eilandens heeft men slechts bier en daar een boom, van de ingebrachte korrels voortgekomen: Zy willen een harde klei-gront hebben, en waaronze ook liever waschen op het Land van *Hitoë*, dan op het zandige Leitomor. In Banda heeft men ook al eenige boomen, doch nog meerder op Mackian, in de Moluccos. Hedensdaags hebben de Spanjaarts in de West-Indische Eilandens, inzonderheit op *Dominica*, en *St. Juan de Portorico* deze vruchten zo overvloedig en schoon gevonden, datze na 't ordeel van *Monardus*, lib. *simpl. medicam.* cap. 44. de Oost-Indische niet en behoeven te wyken, ja ook overtreffen, dierhalven zy ook meest van daar in Europa vervoert werden, om dat menze van daar in twee maanden kan overkrygen, daar de Oost-Indische ten minsten 6. maanden moeten onderwegen zy, en onder dese laast-

ge-

tali India transferunt, quum, uti dictum est, recentius ac citius ex insulis Caribæis vel ex Alexandria comparari possint.

Uſus. Pulpa hæc medicinalis calore ac humiditate temperata est, sed calor prævalet, de ejus vero viribus ac usu omnia hic enarrare nolo, quum in aliis satis inveniantur libris; mirandum vero est Medicamentum hoc, cui Europæi nostri Chirurgi tantam tribuunt, nec sine ratione utilitatem, ab Aquofæ Indiæ incolis tam parum æstimari, licet ubique, uti dictum est, ibi occurrat. Malaienses enim, Javanii, Macassarenses, aliqui vix dignum censem, ut afflatur, immo vulgus tanquam nocivum habet, atque quamdiu aliud quoddam purgans sibi possint comparare, has fistulas non adhibebunt: Hoc autem neutrum quam vitio Medicamenti, sed incolarum ignorantiae attribuendum est, multi autem horum per Europæos nostros melius edocti sunt, nostrorumq; modo jam incipiunt eo uti. Vulgo non amatur hæc pulpa in aqua vel alio quovis liquore soluta, ut forbendo assimilatur, solebant autem has fistulas exsugere, hisque superbibere quendam potum, vel aliquem superedere cibum, ne tantam excitaret palato ac gulæ nauseam. Videtur autem Javanos aliasque Indos ab usu harum fistularum abhoruisse, quum antiqua inter vulgus fabula jam fuerit sparsa, atque a plurimis credita, vacas sub hisce arboribus virides comedentes filiquas, inde non tantum in Diarrhæam incidere, sed illos etiam, qui earum vescebantur carne, quod vero jam diu a *Garzia ab Horto Libr. I. Cap. 29.* aliisque fuit refutatum.

Virides ac molles fistulæ a Portugallis primum in aqua parum ebulliuntur, ac dein iterum exsiccantur, saccharoque condiuntur, talesque in vasis compactas in Portugalliam transferunt in usum feminarum, puerorum, aliorumque tenerorum hominum, secessum enim sine molestia caußant. Eundem in usum simili-que modo flores in conservam præparantur tam integri quam contriti. Pulpa ex his fistulis extracta ope aquæ calidæ, ac iterum in Electuarium crassum redacta sine potu comedи potest, addita pauca Zingiberis ac feminis Anisi quantitate ad abdominis intellitorumque termina præcavenda, quibus delicati homines alias saepe obnoxii sunt. Qui debili laborant stomacho mucosisque ac flaccidis vexantur intestinis, non multum hanc pulpam in usum adhibere debent, quum ventriculo noceat, nisi aliquid Rhei vel Myrobalani addatur.

Pueri cum his quoque ludunt viridibus fistulis, quas in armillas flectunt, facile enim sine fissuris compliri possunt ac filo trajici; semi-hora ante cibum semper usurpanda est pulpa, ut ventrem emolliat ac subducatur, ad renes vero ac vesicam depurandam duabus horis ante cibum, quum crassa hæc pulpa alias non satis digesta sit, nisi per cibum simul adjuvetur, nec in ventriculo diu retinere illam oportet, quum ipsi adeo obstat, atque porro notandum est, Cassiam non tantum intestina expurgare, sed ad ipsas etiam remotas penetrare partes, ad renes nempe ac vesicam, quibus utrisque infervit, quum illas depuret partes eamque leniat dolores.

Propria autem Cassia vis est biliosos primum exonerare humores, ac dein etiam pituitosos dissolvere, qui in angustis hærent ostiis, ibique obstructiones caußant; Si post cænam, quum cubitum imus, ejus pauca ingeratur copia, hæcque sensim deglutiantur, prodest iis, qui Catharris pulmonum laborant, iisque obnoxii sunt, atque anhelosi & Asthmatici fiunt; contra omnes porro rerum morbos tanquam secretum habetur remedium, si pulpa hæc cum Liqueritia & Saccharo mixta ingeratur, immo dicitur, si tali modo præparata hæc sèpius adsumatur, calculos rerum præcavere.

Bontius libr. 6. cap. 10. Terebinthinam admiscet Venetam, utiturque illa ad renes & Gonorrhæam depurandam, ubi & etiam monet, Cassiam in India Orientali non esse usurpandam in Dyfenteria, Cholera biliosa

genoemde rekent men voor de beste die van Cambaja komen, dewelke de Portugeesen ook na baar Land brengen, want de Nederlanders voeren der geen uit Oost-Indië, om dat menze, als gezegd, verscher en eerder uit de Caraïbische Eilanden, of uit Alexandrië bekomen kan.

Gebruik. Dit Medicynale merg is in bitte en vogtigheit getempert, doch de bitte wat meerder, van zyn kragten, en gebruik wil ik hier alles niet opbelen, om dat men 't zelve in andere boeken genoegzaam vindt; en bet is te verwonderen dat dit Medicament, het welk onze Europaansche Meesters, niet zonder reden, zo veel nuttigheit toeschryven, by de Inwoonders van Water-Indië zo weinig geacht wert, hoewel het, als gezegd, over al te vinden is: Want de Maleyers, Javanen, Macassaren &c. achten het qualyk waardig om in te nemen, ja het gemeene volkje houd het voor een schadelijk ding, en zo lang zy eenige andere purgationen kunnen krygen, zullenze deze stokken niet gebruiken, doch dit moet men daarom geenzins de ondeugden van 't Medicament, maar de onkunde van de Inlanders toeschryven. Want vele zyn door onze Europeanen daar van nu beter onderricht, en beginnen het nu op onze manier te gebruiken. In 't gemeen houd men daar niet af, als men 't merg in water, of eenige vogtigheit zo dun maakt, dat men 't indrinken moet, maar men plag de stokken uit de band te eeten, en daar dan een dronk op te doen, of eenige kost daar op te nuttigen: Op dat het zo veel walging in de mont, en keele niet zoude verwekken. Het schijnt, dat de Javanen en andere Indianen van 't gebruik deser pypen afgeschrikt zyn, om dat al een oud fabeltje onder de gemeene man gekomen, en ook by de meeste ten deele geloof is, dat de Koejen onder deze boom groene pypen afwiedende, daar van niet alleen zelfs de buik-loop krygen, maar ook de gene, die van baar vleis eeten, het welk al lange voor dezen door Garzias ab Horto, Lib. I Cap. 29. en van andere wederlegt is.

De groene weeke pypen werden door de Portugeesen eerst in water wat opgekookt, daar na weder gedroogt, en met zuiker ingelegd, en zo voeren zyze met geheele vaatjes na Portuga, tot gebruik van vrouwen, kinders, en andere teere menschen: Want zy verwekken kamer-gank, zonder moeite: Tot den zelfsten einde, en op gelyke manier wert ook de bloeme tot een conserf gemaakt, zo wel heel als gevreven zynde. Het merg uit deze pypen getrokken met warm water, en weder tot een dik Electuarium gebragt, kan men ook wel uit de band eeten zonder eenige vogtigheit daar by te doen, maar wel met een weinig Gember en Anys-zaat, om daar door voor te komen de snyding in de buik, of darmen, dewelke anders tengere menschen van dit merg onderworpen zyn: Ook moeten bet de gene, die slap van maag, en slijberig van ingewant zyn, niet veel gebruiken, om dat bet de maage binderlyk is, of dienen wat Rbabarber of Mirobalanen daar by te doen.

De kinders speelen ook met de groene pypen, dezelve tot armbanden makende, want zy laten zig zonder scheuren t'eenmaal t'zamen buigen, en met een draatje doorsteeken: Zy moeten altyd voor 't eten gebruikt werden, te weten, om de buik slechts week te maaken, een half uur te vooren, maar om de nieren, en blaas te zuiveren, een paar uuren te vooren, om dat dit dikke merg anders niet zakken wil, dan wanneer het door de kost wert nedergedrukt: In de maage dient bet ook niet lange te blijven, om dat bet hem zo tegen is, en waar by men dan nog weten moet, dat de Cassia niet alleen de darmen zuivert, maar ook tot de afgelegene partyen doordringt, als in de niere, en blaas, voor welke beide zy goed is, dezelve zuiverende, en de pynen verzagende.

De eigentlyke kragt van Cassia is wel de galachtige bumeuren uit te voeren, of af te zetten, maar daar na tast by de slymerige ook aan, en inzonderheit die in nauwe passagie steeken, en aldaar verstopping veroorzaiken: Na den eeten, als men slapen wil gaan, een weinig ingenomen, 't zelve langzaam doorslikkende, helpt die gene, die met zinkingen op de borst, en daar uit ontstaande kort-aassembelt gequelt zyn, tegens alle gebreken der nieren wort het voor een secreete remedie gebouden, als men dit merg met zoetbout en zuiker mengt, en zo inneemt: Ja men zegt dat die gene, die het dikwils gebruiken, voor de nieren-steen zouden bevrydt zyn.

Bontius lib. 6. cap. 10. mengt 'er Veneetsche Terpentin by, en gebruikt bet, om de nieren en Gonorrhæam te zuiveren, alwaar by ook waarschouwt, dat men de Cassia in Oost-Indië niet gebruiken moet in roode-loop,

liosa, febribusque, quum in ventriculo diu remanens in bilem ipsam mutetur: *Ægyptii* cum Agarico miscent, & utuntur contra tufsum & Asthma, uti & contra omnes artuum dolores ex calore ortos, uti contra calidam podagram, illamque Emplastrum forma ipsi inponunt, sique tali usuperpetu modo, cunctos curat tumores calidos, inflammaciones, & Erysipelas. Qui *κυνέη* vel angina inflamatoria laborant, ac cum hac pulpa in aqua Plantaginis vel simili dissoluta gargantian, magnum inde habent solamen. Exterius autem illinita omnem curat scabiem & cutis inpuritatem, atque apostemata maturat.

Fistulæ hæc in fiscis & occlusis servandæ sunt locis, si enim humido æri vel rori exponantur, mucorem contrahunt & intra annum corruptæ sunt, in India autem hoc non ita curatur, quum recentes semper conquiri possint.

Ægyptii nos docent, fistulas has recentes interne non esse ingerendas, nisi per quatuor sexve menses ex arbore fuerint decerpæ, quum alias Diarrhæam cauissent, extracta Cassiae pulpa per 24 horas bona servari nequit, nisi in cistis occlusis conservetur, tuncque non ita bona est acsi recens fuerit extracta: Pulpa hæc coctionem subire nequit, quum vim aperientem tum perdat: Baleynenses recentem trunci corticem ab exteriore cinereo depuratum, hocque subtiliter contuso & commixto, Emplastrum forma externe applicant omnibus artibus, præfertimque iis, qui ex pulvere pyrio adusti sunt, ut & vulneribus imponunt per explosionem laceratis, quo feliciter ardorem extrahunt.

Officula seminalia cellulis inclusa, si recentia, glabra ac plena sint, terraque committantur, intra annum in arbusculas excrecent quinque sexve pedes altas, quo modo arbores has in Hitoës ora propagari curavi, unde milites nostri melius se habuerunt, (harum pulpa ad quotidianum purgans adhibita) quam ex incertis Chymistarum præparationibus negligenter confectis, quæ magnis tamen sumptibus ex patria gubernatoribus nostris transmittuntur. Ex insulis Caribæis Galli in suam etiam transferunt Patriam, quas meliores ac pliores comperiunt quam ex India Orientali delatas; In illis enim insulis copiose crescunt in vastis ac planis silvis, ubi fistulæ hæc siccæ se mu-tuo ferentes vi venti allisæ tantum excitant crepitum ac sonitum, ut non solum animalia atque aves fugam arripiant, sed etiam peregrini ac novitiani putent, se se Æstum maris auribus percipere, licet sa-pius longissime sit remotum, vel etiam aliquando putant armatos milites appropinquare, hocque sonitu in Java ac Baleya se congregant Simiae & Cercopithecæ, quæ magna copia has arbores inhabitant.

Caribæi hac utuntur pulpa omnibus mensibus hora ante prandium ad corpus ab omni inpuritate liberandum, atque comperti sunt, hacce re corpus suum salubre atque incolume esse. *Cassia fistula* in Americanis crescens insulis ac regionibus minor dicitur esse, ac folia gerere flavescentia, floresque parvos late rubentes, atque in omnibus optime convenire cum subsequenti silvestri *Cassia fistula*, uti mihi per ocularem testem narratum est.

Sic *Canna* quoque *Fistula Javanica* circa Carwan & in regione Tsjeribon crescentis parva gerit folia, ordine ac forma cum parva Blimbings Buloe convenientia. Flores quoque minores sunt quam in descripta, majores vero quam Blimbings, ex late rubenti & albo mixti colore: Siliqua vero sunt ut in præcedenti, ac lignum flavescit, nodosum est, nec facile per longitudinem se findens; In vetustioribus truncis cor ex fusco nigricat, grave est, ac durabile porro lignum, ita ut ibi multum ad postes ædium adhibeat: Arbores hæc in Java, Baleya, ac Macassara diu quoque persistunt: Vaccæ decerpunt folia, si illa attingere possint, non autem filiquas, ac homines trunci cortice utuntur defectu Pinangæ cum Siri & calce illum masticantes, quod a vulgo tamen tantum instituitur, atque hic cortex, si masticetur, fragilis est ac siccus, ferre instar vetustæ Pinangæ, sed huic mixtum est aliiquid mucilaginosum, unde & Javani illum unguento suo Bobori admiscent, ut melius adhæreat: Denique no-

tan-

galachting bort, en koortzen: om datze in de maage lang leggende, ligelyk in galle verandert. De *Ægyptenaars* vermengen met *Agaricum*, en gebruiken tegens den hoest en korten aeffem, als mede tegens alderbande pyne van de gewrigten, die van hitte komen, gelyk het beete *Podagra*, dezelve pleystersgewys daar opleggende: En op dezelfste manier gebruikt wordende zoo geneestre ook alle beete geswellen, ontsteeking, en de rooje. Die de Squanticie of het bals-geswær hebben, gorgelende met dit merg in *Aqua Plantag.* of ander water gedissolveert, vinden daar baat by: en van buiten opgesmeert zynde, zoo verdryft het alle seburst en onzuiverheid des buysts, en maakt de Apostemata ryp.

In drooge en geslotene plaatzen moet men deze pypen bewaren, want zooze van een vochtige lucht of nachtdauw geraakt werden, zoo verschimmelen, en verderen binnen 't jaar: Doch in Indië laat men zig daar aan zoo veel niet gelegen zyn, om dat men dezelve altyt vers bekomt kan.

De *Ægyptenaaren* leeren ons, dat men binnens lyfs geen versche pypen dient te gebruiken, voor datze 4 a 5 maanden van den boom geplukt zyn, om datze anders wel een buik-loop veroorzaaken, het uitgetrokken *Cassie*-merg kan men geen etmaal goet houden, of men moet het in digt gesloten dooszen bewaren, en dan is het noch al zoo goet niet als het vers uitgetrokken: Dit merg wil ook gants geen koken verdraagen, om dat het daar door zyn openende kragt komt te verliezen, de *Baliers* de versche schorisse des stams van de buitenste graauwe schorisse gezuivert, en het naaste daar onder fyn geschrapt hebben, leggen het zelve dan pleystersgewys op alle de leeden, en inzonderheid op die gene, die van bus-kruidt verbrand zyn, als mede op geschooten wonden, en waar mede zy ook den brant gelukkig uittrekken.

De Zaat-korrels in de kamertjes schuylende, alsze vol en glad zyn in de aarde gestooken, schieten binnen 't jaar op tot een boompje van 5 en 6 voeten boog, en op welke manier ik op de Kust van Hitoë deze boomen heb laaten aanplanten, daar onze Soldaten dikwils beter van gevaren zyn (dezelve gebruikende tot dagelyxe Purgatie) als met de onzeekere Chymische dingen, die zoo wat slechts benen bereidt zyn, en noctans onze Heeren Gebieders met groote onkosten uit het Vaderlandt moeten zenden. Uit de Caribische Eilanden brengende de Franſchen ook in baar Landt, en bevindenze volder en beter dan de Orentaalsche: Op dezelfste Eilanden wassen overvloedig in groote vlakke boschken, alwaar de droge pypen aan de boomen hangende, en door de wind tegens malkander geslagen zynde, zulk een geklatere veroorzaaken, dat niet alleen het Vee, en Gevoegelte daar voor vlugt, maar ook de Nieuwelingen meenen, datze de Zee booren aanbranden, boewel die zomtyts vry verre van haart af is, of dat 'er een hoop gewapent Volk aankomt, en op het zelfde gerammel vermeerderen of vergaderen ook op Java en Baleyn de Apen en Meer-katten, die hun in menigte op deze boomen ophouden.

De Caraïben gebruiken dit merg alle maanden een uur of wat voor 't eeten, om het lyf van alle zwijlheid te zuiveren, en bebben ervaren, datze daar door het zelve in goede gezondheid behouden. De *Canna Fistula* in de Americaansche Landen wassende, wert gezegd kleinder te wezen, en geel-groene bladeren te hebben, met kleine licht-roode bloempjes, en in alles zeer wel over een te komen met de volgende wilde *Canna Fistula*, zoo als my door een oog-getuige verklaart is.

Insgelyk heeft de Javaansche *Canna Fistula*, diewelke omtrent Carwan en in 't district van Tsjeribon waft, kleine bladeren, in ordere en gedaante als de kleine Blimbings Buloe: De bloemen zyn ook veel kleinder dan aan de bovenstaande, en wat groter als die van de Blimbing, van licht-root en wit dooreen gemengt: De houwen zyn als aan de voorgaande, en het bout is geel-agtig, warrig, en niet gaarne in de lengte splytende: In de oude stammen met een swart-bruin bert, swaer, en durabel, zulx het daarom aldaar veel tot stylen van huizen wert gebruikt: Zynde dezelve op Java, Baleyn, en Macassar ook durabel in de aarde. De Koebeesten weiden de bladeren af, daarse by kunnen komen, maar niet de bouwen, en de Menschen gebruiken de schorisse des stams, by gebrek van Pinang met Siri en kalk gegeten, een behulp-middel voor slegte Luitjes zynde, en valt de schorisse in 't kauwen vry bryzelig en droog, bykans als oude Pinangh, doch is daar by eenige kleverigheid, daar onze ook de Javanen onder hun Bobori-zalve vermengen, om dezels-



tandum est ex doctrina Aegyptiorum non tantum recentes fistulas ad usum internum non esse adhibendas, sed nec etiam immaturas, quae externe nondum nigrant, quum haec Dyfenteriam facile caussent.

Radix diebus siccis effossa, sub cineribus calidis parum tosta, in parva consissa frusta, & cum Siri-Pinnanga masticata, vel cum aqua contrita, atque epota iis prodest, qui venenum hauserunt, atque hunc in finem radix effossa sicca servanda est. In Java hic fructus raro vel vix in usum adhibetur Medicum, sed arboris vetustum lignum ad vaginas Parrangharum, ut & ad postes minores aedium.

In Java tres Cassiae sunt species, quae omnes minor gerunt folia quam nostra, ac quædam non sunt majora illis Blimbing Boeloe, atque plurimum differunt colore florum. Prima harum species flores gerit albos, secunda flores habet externe purpureos, interne albos, utræque haec forte convenient cum subsequenti silvestri Cassia Fistula. Tertia floribus gaudet luteis, ac siliqua medicata vera Javanis Tanguli Ginteng dicta est. Foliorum decoctum seu illorum olus Javani adhibent ad leves purgationes, ac cum fistularum pulpa Opium adulteratur, cui melius infervit, quam fructus supra memorati Bilaci.

EXPLICATIO

Tabula Vigesima Prime,

Quæ exhibet Cassiam Fistulam veram.

- A. Ramum foliis, & junioribus fructibus onustum denotat.
- B. Racemum floriferum.
- C. Florem naturali forma & magnitudine expressum.

OBSERVATIO.

Arbor haec in *H. Cliff.* p. 158. vocatur Cassia foliolis quinque parium lanceolatis, extimis minoribus. quæ est Cassia Fistula Alexandrina *C. B. Pin.* p. 403. & *Commel. H. Amst.* part. I. p. 215. F. 110. Cassia nigra, seu fistulosa prima, sive Cassia fistula Alexandrina. *Sloan. Catal. pl. Jam.* p. 145. & Cassia purgatrix *J. Baub. tom. I. p. 416.* Cassia nigra *Dod. Pempt. p. 787.* Cassia Fistula Chairaxambar vocata *Prosp. Alp. pl. Egypt. p. 2. Tab. I.* reliqua hujus Synonyma vide in *Theb. nostro Zeyl.* p. 56. ad Cassiam fistulam Zeylanicam. ut & in *Sloan. Catal.* nec non in nova editione in 4to. *Sam. Dale. Pharmacol.* p. 369. vide porro *Valent. Histor. simpl. reform.* p. 234. ubi splendidam hujus arboris habet Figuram, quæ tamen quam maxime ab illa *H. Amstel.* ut & *H. Malab.* part. I. Tab. 22. differt. alias porro *Cassia Fistula* species vide propositas in *Pomet. histoire des Drogues chap. XXVII. pag. 217.* Hujus itidem figura exhibetur in *Blackwel. Herbal. Tab. 381.*

Omnes autem haec figuræ adeo inter se se differunt, ut varietas haec non diverso celo aut solo, sed variis hujus generis speciebus adscribenda sit, ita ut concludam, alias ac diversas penitus esse arbores, quæ Cassiae Fistulae siliquas suppeditant, quod evidenter fatis constabit iis, qui laudatorum auctorum diversas Figuras inter se se conferre attento student animo.

dezelve klevender te maken: Eindelyk valt hier nog by te doen, dat men niet alleen na de voorschreeven les der Aegyptenaaren geen versche geplukte Trommelftokken, maar ook gene onrype, die van buiten nog niet swart-bruin zyn, inwendig moet gebruiken, naudien dezelve zeer licht een bloet-gank verweken.

De wortel by drooge dagen uitgegraven, onder heete assche wat gebraden, in kleine stukjes gesneden, en met Siri-Piñang gekaauwt, of met water gevreven, en ingedronken zynde, helpt die gene, die vergeven zyn, en tot dien einde kan men de uitgegraven wortel ook droog bewaren. Op Java wert de vrucht weinig of niet tot Medicyn gebruikt, maar wel het oude bout tot scheeden van Parrangs, en kleine stylen aan den huisbouw.

Op Java heeft men driedelerlei soorten van de *Cassia*, alle met kleinder bladeren dan de onze, waar van sommige niet groter zyn dan die van Blimbin Boeloe, en meest te onderscheiden in de coleur der bloemen. De eerste draagt witte bloemen, en de tweede buiten paars, van binnen wit, heide misschien overeenkomende met de volgende wilde *Cassia Fistula*. De derde draagt gele bloemen, en de eigentlyk Medicynale bouwe werd in't Javaans Tanguli Ginteng genaamt. Het afkooksel van de bladeren of een moes daar van gemaakt, gebruiken de Javanen tot slechte purgation, maar met het merg van de pypen wert het Opium vervalst, waar toe het beter dient dan de vruchten van de bovenstaande Bilac.

UYTLEGGING

Van de een en twintigste Plant,

Dewelke vertoont de opregte *Cassia Fistula*.

- A. Wyft aan een Tak met bladen, en jonge vruchten.
- B. Den Bloem-tros.
- C. Een bloem in zyn natuurlyke grootte en gedaante.

AANMERKINGE.

Deze boom wert in de *Hortus Cliffort.* p. 158. genaamde *CASSIA foliolis quinque parium lanceolatis, extimis minoribus.* Welke is *Cassia Fistula Alexandrina* van *Casp. Bauk.* in zyn *Pinax* p. 403. en van *Commel.* in het eerste deel van de *Amsterdam tuin.* pag. 215. F. 110. en de *Cassia nigra*, ofte *Fistulosa prima*, en *Cassia Fistula Alexandrina*, by *Sloan* in zyn *Catal. Pl. Jamaic.* p. 145. en *Cassia purgatrix* van *J. Baub.* eerste deel p. 416. de *Cassia nigra* van *Dodon.* in zyn *Pempt. p. 787.* en *Cassia Fistula Chairaxambar* vocata van *Prosp. Alp. in pl. Egypt. p. 2. Tab. I.* de verdere Schryvers en benamingen hier van zie in onze *Thebaur. Zeylan.* pag. 56. over de *Cassia Fistula Zeylanica*; als mede in de *Catalogue van Sloan.* en in de nieuwe editie van *Samuel Dale* in zyn *Pharmac.* p. 369. en *Valent.* in de *Histor. simpl. reform.* pag. 234. alwaar een zeer schoone afbeelding van de *Cassia* is, die egter zeer veel verschilt van de Figuren van de *Hortus Amstel.* en van de *Hortus Malabaricus.* Gelyk ook *Pomet* in de *Historie de drogues chap. XXVII. p. 217.* verscheide zoorten van de *Cassia fistula* vertoont. Hier van wert mede een Figuur gevonden in *Blackwel Herbal. Tab. 381.*

Dog alle deze Figuren verschillen zodanig van elkander, dat dit onderscheit niet toe te schryven is aan de verscheide gront, ofte lucht, maar om dat het verscheide soorten van dit gewas zyn, zo dat ik besluiten moet, dat de planten zeer verscheiden zyn, dewelke de pypen van de *Cassia* uitleveren en verschaffen, het geen klaar genoeg blyken zal aan die gene, die met een aandagtig oog, de verscheide Figuren van de aangehaalde Schryvers geliefd na te zien, en tegens elkaer te vergelyken.